

Samuel Bohl Johann Hempel

Disputatio ... Pro Formali Eruendo Primum in explicatione Scripturae Sacrae ...


5 :

Rostochi[i]: Kilius, 1637

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770610242>

Band (Druck) Freier  Zugang






Clc - 1871¹ - 15.



1825



DISPUTATIO QUINTA
PRO FORMALI
SERVENDO PRIMVM
in explicatione
SCRIPTVRÆ SACRÆ

Quam

D. O. M. A.

PRÆSIDE

M. SAMUEL BOHL

Gryphenberg. Pomeran.

*In Academia Rostochiensis publico Docto-
rum examini subicit*

JOHANNES HEMPELIUS

Rostochio-Megapolitanus.

*Habebitur in Auditorio majori ad diem 2. Augusti
horis antemeridianis.*



ROSTOCHJ,

Literis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.

Anno M. DC. XXXVII.

DISPUTATIO QUINTA

PROF. FOR. MALLI

ERVENDO TITULO

IN PRAESENTIA

SCRIPTURAE SACRAE

PROF.

D. O. H. A.

PROF.

M. SAMUEL BOHNER

in Paderborn, Paderborn

in Paderborn, Paderborn

in Paderborn, Paderborn

JOHANNES HEMMELING

Rostock, Magdalenstr.

in Paderborn, Paderborn

in Paderborn, Paderborn

ROSTOCK

ROSTOCK

LITHEO NICOLAI KILN. Aed. P. P. P.

Edm. M. D. C. XXVII



I.



Ulo imprimis pro proœmio in di-
sputatione hâc noto, quæ quamvis omnia
collectim assignare potuissim disputatio-
nibus quibusdam Proœmialibus, studio tam
mixtim proponere volui, ne exemplorum
defectus in re visâ non adeo perspicuâ to-
tum propositum redderet suspectum.

2. Primum est de Significationibus me-
diatis, nam dixi in th. 22. disput: præced. quod convenientia alia sit
mediata alia immediata. Immediatam vocavi eam, quando sim-
pliciter ab ipsâ radice & ejus forma fluit vox & ejus significatio.
e. g. à radice **אב** voluit dicitur **אב** pater à propensâ voluntate.

3. Mediatam autem vocavi, quando mediante alia significatione
sub formâ contentâ vox cum formâ quadrat. E. g. ut semel assumtâ
אב retineam. Significat vox ea authorem, Quæritur jam quomo-
do cum formâ conveniat, respondetur optime, quia qui rei author
est eam rem cujus author & initium fuit, voluit esse eamq; amavit,
Quo quidem satisfacere potero quærenti, at ut tantum exemplum
propositæ distinctionis, quæ non nisi in extremâ necessitate, quam
incultus in hoc negotio ager sæpe imperat, est assumenda, allegem,
etiamsi cum hoc Vocabulo opus non sit, dico **אב** dicitur author
mediante significatione **אב** pater, nam sicuti pater est causa nato-
rum suorum, ita ille vel ille quasi pater est hujus vel istius operis.

4. Non hæc ideo adscribo, quasi revera hic dependentiam me-
diatam statuerem, sed ut notem, sæpe videri quasi præter mediatio-
nem talem res esse salva nequeat. Interea satis videt lector, quid
intendam tali mediatione, sicuti si quærat, quomodo **אב**
concordare cum **אב** i. e. pretium redemptionis cum propin-
quitate, confugio ad convenientiam mediatam, statuens **אב**

A 2

Libera-

Liberatorem & vindicem dici à propinquitate, quod cum evictum est, pecuniam Vindictæ seu pretium vindicationis dici à **לְוִיָּהוּ** & sic cum cæteris.

5. Alterum quod hic proponendum putavi, est distinctio vel divisio Formæ. Sicut enim in Logicis genus aliud est generalissimum, aliud subalternum, quod respectu superioris species respectu inferioris genus, ita in hoc scrutandi genere deprehendi, aliud esse formale purum, aliud impurum. Impurum nihil aliud est, quam materiale, dicitur autem Formale respectu inferiorum.

6. Absit enim aliàs statuere vocem duplicem habere formam, quod mihi idem esse videtur ac hominem duas habere animas, quod simile tamen latius nolo extendi, atqui ego jam allego. E. g. **נִרְרָה** est in summâ & primâ & unicâ formâ deduxit à non esse ad esse produxit. Materiale primarium est Mirabili modo produxit, hoc respectu superioris verè dicitur & est materiale, respectu autem inferiorum dicitur mihi formale, nam comprehendit sub se ex nihilo produxit, ut primarium, noviter produxit, ut secundarium, si quæ sunt, quavis etiam ratione dicantur, sub his continebuntur.

7. Hæc duo jam pro proœmio volui, quamvis enim plura essent, differre tamen ea volui ad subsequentes disputationes. Jam autem libet in continuatione ordinarij Scrutiniij progredi ad radicem **רָחֵק** cuius formale dico esse mutavit, Hanc formam expressè puro contineri Esai. 24. **רָחֵק לְפָנֵינוּ** mutarunt statutum, quod eò avidius arripio, ut habeam occasionem, hic pro testimonio quasi pro proœmio explicandi, quod, quamvis generale & formale in hoc scrutandi genere mihi sit unum & idem, tamen hinc non sequatur, quod sicuti genus non est extra suas species ex parte rei, quamvis extra eas concipiatur, nam in hoc scrutinio genus & formale etiam sæpè extra suas species per se subsistunt, quod quamvis in hoc jam allegato exemplo ex asse non videatur probari, tamen verissimum est alibi, sicuti, ne longius recedam, assumere placet **רָחֵק** ex hac radice descendens, quâ voce utitur Jacob, quando dicit de Labane, quod decem vicibus mutaverit mercedem, quod mutare sanè ibidem pro corrumpere simpliciter intelligi non poterit. Ut autem sit, cum occasionaliter sese exhibuerint alia exempla, fideliter illa allegabo.

gabo. Hoc formale continet sub se materiales significationes. Mutatio enim hæc sumitur, quando in malum, & significat corrupti, quando in bonum, & significat renovavit, restituit, quando de loco, & significat, Præteriit, vel si adhuc alia hujus rei dentur genera. Ecce tres significationes ex unâ radice, hæcine inducant meritò ambiguitatem Scripturæ! Minimè, nam unica est propria hujus radice significatione, quam dixi esse *Permutavit*. Sic cum dicit Jacob ad familiam suam, **החליפו שמלותיכם** non sum sollicitus quam significationem assumam, prævalet enim proprie. *Ziehet andere Kleider an*. Cum lego 1. Sam. 10. in verbis Samue- lis ad Saulem **וחרפת** non devolvor statim ad significationem per- dendii, quasi novo Regi Saulo potestatem daret Samtiel de præ- dandi & expilandi suos subditos; *Sehe hin vnd lege dem Städte- leiti so viel Contribution auff*/Minimè, sed, Et mutato exinde, quid hoc mutare erat? mutato hoc cum *Sehe von dannen weiter*/ Esa. 41. dicitur **וחרפתי** /ibi non laboro in scrùtinio præ- ferendæ significationis, nam assumo. *Et populi mutant robur* i. e. *renovent robur*, Cur non perdant robur? assumatur versus præ- cedens **יקוו יקוהו יחליפוכות** & sperantes in Dominum *renov- vent* robur. Sequitur enim **ירצו אבר כנשרים ירוצו** **ירא יגעו ילכו ולא ייעפו**.

8. Descendentes Voces necesse est in hac formâ conveniant, quarum primum exemplum jam placet evolvere **חלה** adverbiali- ter etiam sumtum, sicuti legimus in lege divinâ Num. 18. **ולבני ליה הנה נתתי כל מעשר בישראל לנחלה חלה עבדתם** pro ministerio ipsorum i. e. in recompensationem vestri laboris, unde in versu 31. ejusd. cap. dicitur **שכר** pretium pro labore. Quæ particula magnum lumen infert in N. T. Syriaco, quando de præ- tio & satisfactione Christi pro peccatis nostris agitur, ubi Hæretici particulam Græcorum **ψα** & **ψα** possent ut ambiguum satis de- torquere, at cum ad N. T. Syriacum descenditur, & legitur ibidem vox **חרף** statim cadit deorsio. Hinc legimus in Syriaca Versio- ne in Epistola ad Hebr. cap. 2. v. 9. **חרף כלנש שעם מות** *Ipsè enim DEUS PRO i. e. VICE* omnis hominis gustavit mortem i. e. *An statt aller Menschen hat er den*

Töbt geschmecket! Quae quamvis apodicticè non confundant Hæreticos, seu ex versione desumpta, tamen testantur eò tempore, quando ea versio est concinnata, eam fidem fuisse in Ecclesiâ.

9. Reliqua hinc descendencia non attingam, sufficit enim hic mihi dedisse formam, in discursu autem publico, quomodo derivata cum forma congruant, demonstrare.

10. ען pro forma habet *Habitavit*, sicuti scriptum est in Esa. יענה אים. At dices hanc radicem non significare habitavit, sed *cantavit*. Quamvis enim R. Sal. in comment. suo super Esaiam explicet per יגרו. A. E. dubius etiam in eam sententiam descendere videatur, cum dicit מן איה יענה רכים מן אים/ישון רכים מן אים. prævalere tamen merito R. D. Kimchij qui per יצעק non tantum explicet, sed & loca parallela adducat, & præ his omnibus magnum Lutherum Rabbini Christiani orbis famosissimum explicantem, und Eulen in *shren Pallâsten singen*. R. certent alij Grammaticaliter, mea parum interest, si vox ענה significet Claudicavit, vel hæsitavit, vel aliud quid, in hoc negotio mihi una Vox non claudit viam, dico ergo, etiam si ea vox verbalis in Scriptura Sacra nunquam adhibeatur, revera tamen formam esse *habitandi*, assumo enim מעין quod significat habitaculum, sicut legimus in lege השקיפה מעון קרשן *Respice ex habitaculo sanctitatis tuae*. Satis multa loca hanc significationem confirmant.

11. Descendencia etiam necesse est in hac forma conveniant, utpote י. עין *oculus*. Nam oculus in primariâ & propriâ suâ significatione Deo competit, quia oculus Dei עין יהוה nihil aliud est quam cohabitatio & adessentia divina suis Creaturis, & omnibus rebus, Hominiibus autem tribuitur quatenus, quamvis modo imperfectiori, per oculos rebus distitis satis sunt propinqui. Et cum hæc videantur indigere quadam explicatione operosiori, ecce subsequentem discursum. In Scriptura Sacra dicitur quod oculus Domini sit super timentes, i. e. Dominus ipse adest gratiosè se timentibus ad eripiendum eos, & oculi Domini non tantum dicuntur in Sacris esse in omni loco, quia revera Deus omnia videt, sed quia omnibus creaturis suis simul est præsentissimus.

Quor.

Quorū referri non absurdē autumō locum quendam Zachariæ
משא רכר יהוה בארץ חדרן דרמשק מנחתו כו ליהוה
Nam ibidem datur ratio quo-
modo queat esse Verbum Domini in Hadrach & Damasco. Quia
Dominus habet oculum hominis, & omnium tributum Israelis.
Nolo hic recurrere ad privatam quandam opinionem, & dicere
sensum rationis esse hunc. Nam Jehovah ipse fiet homo, & ocu-
lum habebit sicut homo in genere & omnis Israelita, quod in J.
Nazareno est adimpletum, nam quæ ibidem dicuntur, facta sunt
post adventum Messie in carnem, sed dicam eum Luthero, *Denk
der Herr schawet auff alle Menschen / vnd auff die Stämme
Israel.* Quæro autem, quomodo hoc Schawen fiat, sanè per
presentiam in hoc loco. Verbum Domini promittitur, Domi-
nus ergo non est excludendus qui per Prophetas loquitur, Et ita
ratio satis esset congrua. Vidit hic procul dubio aliquid magni
Lutherus cum dicit in notis ad hoc caput. 2. In Ebr. Dominus est
oculus hominis, & omnium tributum Israel, quid autem viderit,
certò dicere nequeo. Oculus hic divinus variam habet denomi-
nationem in S. S. sicuti variis beneficiis & poenis presens solet esse
Deus. Ene descendere ad trassas & Carnales cogitationes,
quasi Deus corporeos & humanos haberet oculos, satis clarè pro-
testatur Scriptura, cum dicit Job. *Nunq̄ ò Deus tibi oculi carnis
sunt, num tu vides, sicut homines videre solent, q. d. Tu nequa-
quam ita vides, nam homines quod ex contextu istius loci de pro-
mo, vident quidem, ac non accuratè, necesse habent assumere,
Testes, qui de re visâ Testimonium perhibeant, Deus autem ita
videt, ut non egeat Testimonio cuiusdam, unde de Messia dicitur
in Elata, quod non secundum visionem oculorum iudicabit, i. e.
oculorum humanorum testibus ob fallibilitatem scientiæ indi-
gentibus. Nam videri a essentia sua, quod Job non obscure in-
nuat, cum dicit, Deum adfuisse, ut causam formationi sui in ute-
ro materno, quæ ideo dixit sanè, ut notaret contra Bildadum
Deum non sicut homines debere convinci in disputatione de ju-
sticiâ vel de injusticiâ hominis, sed ipsum scire quid sit in homine,
sicut rectè insipienti toxum Job, ibidem ad oculum patescit.*

12. Præ-

12. Præsupposita hac propria & primaria significatione **וַי** quatenus Deo competit, suppono significationem oculorum, quatenus competunt hominibus, & secundo significatione ista hominibus competit, quia ad formam & imaginem oculorum Dei ineffabili distantia gradu habent oculos, ut cuius sano notum est. Nam hic non valent Declamationes Conclonatoria, non allegationes Calepino-Dalipodiana vel aliorum Ludimagistrorum, qui à nobis desumendam esse Metaphoram docuerunt, nam ipsorum ars hic non probatur iis qui parum se ipsorum regulis Ludimagistralibus iutos esse deprehendunt, hic valeat ratio, in Latina lingua res est alia, ibidem sint Doctores.

13. Postmodum significat oculus etiam *statum* alicujus, ubi video commodum mihi exemplum exhiberi convenientia mediatæ. Nam non immerito hic dubitatur de convenientia, verum cum respicimus ad mediatam, res salva est, nam **וַי** oculus solet sumi pro externo etiam respectu & aspectu, consequenter etiam pro interno. Hinc **וַי** *statum* etiam externum signare potest 2. Sam. 16. ubi David dicit, *Dominus respiciet statum meum*, quamvis nec hic quidem ego ex toto corde statuum convenientiam mediatam, sed tantum, ut melius vocem Lectori explicem, hæc ita dicam, nam **וַי** quando *Colorem* quasi significat magis cum hac forma mediatæ quadraret, quo magis cum *Via ductorem* notare videretur in lege.

14. At meum non est, hic omnia derivata excutere, sed simpliciter dicere, convenire quævis etiam illa sint cum forma, Unde non est ut prolixè disputetur à me de voce **וַי**, num significet certum tempus, idq; determinatum & statutum, nam ego maneo in meâ forma, & dico significare cohabitationem à Viro debitam conjugii, sive id in æstate sive in hyeme fiat. Et si quæ sint alia, ut revera sunt, ad hanc formam reduci ea perquam necessarium est.

15. Imprimis autem necessarium esse judico, ita continuare hoc Scrutinium ut omnibus constet, quomodo maxime variantes significationes sub unam formam redigi queant. Sic alias mirum videbitur Lectori Scripturæ Veteris Hebraicæ ejusq; solius authenticæ, quomodo **וַי** significare queat & *vincam* & *Sydus* quoddam, nam
in Jobo

in Jobo dicitur, Angelos etiam si tam puri sint, ut respectu puritatis hominum eos ceu impuros condemnare queant, & percutere eosdem ante tineam i. e. ante mortem, tamen respectu Dei impuros esse. Alibi dicitur in Jobo & a Jobo שַׁדְיִים faciens Sydus dictum שַׁדְיִים, quæ hic convenientia? Hic nolo mihi opponi vocem Canis, quæ & cani cœlesti & terrestri attribuitur, nam quamvis & ibidem habuerint rationem denominationis nominis talis impostores, nunquam tamen patiar alligari me ad humanos conceptus, sed maneo in meâ linguâ sanctâ, ubi Spiritus sancti verba sæpius audio, ibi jam dico, שַׁדְיִים dicitur & tineam & Sydus à congregatione, nam radix est שַׁדְיִים congregavit. Tineæ enim gregatim solent invadere devoranda. Sydus illud, teste Aben Esra שְׁנֵעָה כִּיכְבִּים / teste autem Rabbag צִירוֹת כִּיכְבִּים. In eo autem conveniunt, quod sit collectio stellarum &c.

16. Radix גָּהָה significat in formâ *tollere malum*, unde dicitur in Ioseph, quod Rex Assur non potuerit *tollere* dolorem & vulnus, ita ut nos hodie pro medicari hac voce uti queamus. Descendens vox גָּהָה significat *Medicinam* ex quo fundamento Salomon dicit גָּהָה לֵב שִׂמְחָה יִשְׂרָאֵל Ein fröhlich Herz hilffte zur Gesundheit / ist halb Zehrung / ist eine gute Arthey.

17. גָּעַע Significat expiravit, jam opus non est addere, *leniter mortuus fuit sine morbo & dolore diuturniore*, quando quis *facile moritur, ita ut non diu decumbat*. Nam tunc nimis multa, loca scripturæ sunt quæ contradicant.

18. Has duas faciles radices ideo volui hic injicere, ut occasionaliter promittam, me, si Deus volet, velle omnium radicum dare formale, quod quamvis antea nunquam constitueram video tamen summam id efflagitare necessitatem, cum nostrum seculum, quidem dicatur eruditissimum, at in multis tamen deprehendatur cæcutire, ex quibus *sana doctrina* unice petenda est. Quare jam ad alias voces me accingo, & primo quidem vocem עָנָה

19. Quam radicem in suo formali dico significare *Similis fuit*. Tetigeram hanc in præcedenti disputatione, jam autem eam formam ex professo defendam. Materiales significationes sunt. *Incepit loqui, respondit, exaudivit, cecinit, detestatus est, depressus, humiliarus est*, & si sint aliæ, quas omnes ego dare non teneor, quæ in dandâ primâ & formali significatione sum occupatus. Incepit loqui

✠

loqui

loqui convenit eum formam, nam qui incipit loqui, ille suum sermonem similem facit conceptui suo, v. g. Cum Jobi 3 scriptum est, ויען און Et incepit Job & dixit, ibi Job maximam suam miseriam, quam conceperat, exprimit, & ita sua verba facit similia cordi.

20. Ex his patet facile, quomodo respondit, cecinit, & testatus est, cum formam quadrent, quod ulteriori explicatione opus esse non iudico, Unde etiam nomina hinc descendunt optime applicantur, Exempli gratia מענה *Responsum*, quia responsum debet simile esse & conceptui & quaestioni, unde hodiernus mos in responsionibus ad quaestiones non pertinentibus tantum improprie dicitur מענה / nam in conceptu aliud habent, quod cum vident non infringere verba proximi, vel sibi non esse appropriatum, occultant, & aliud dicunt, quod ratione aliqua dicitur responsum, quamvis altera ratio in convenientia ad quaestiones consistens plane exulet.

21. Adeo autem vera forma est, ut & particula יען & מען de ea participant, propterea ויען an dem ist, ut Germanorum. Oratores superstitiosi loquuntur, q. d. Cum haec sefesta habeant, necesse est haec sequi, Esse similitudinem in forma.

22. Vox יענה significat avem quandam in locis desertis habitantem, & juxta Schindlerum a Voce & planctu ferali, quo sibi invicem responfant, fame vel siti laborantes. Prius meum confirmat R. D. Kimchi in commentario suo super cap. 13. Efaia, cum dicit: ודרך היענים לשכון במדבר וכמק מיה החרבים & addit hic Rabbi has aves derelinquere pullos suos, ad quod, ut posterius probem, procul dubio Schindlerus respexit, Et haec denominatio esset mediata.

23. Vox מענה *Sulcum* significans, etiam cum formam quadrat, nam dicitur Sulcus מענה ideo, quia habet similitudinem Vomoris, nam pro quantitate vomeris quantitas excrescit Sulci, & dum hanc Vocem considero, imprimis in collatione Psalmi cujusdam ubi scriptum est, quod hostes protraxerint suos sulcos, video dandam mihi esse rationem, quomodo, quod supra erat omissum, significet *Oppressus fuit, affligus fuit* cum formam similitudinis conveniant, videlicet ita: Quia qui affligit, ille suis cogitationibus similem reddere studet affligendum, vomer facit sulcum pro ratione potentiae quantitatis suae, homo affligit hominem pro ratione potentiae suae, & ita in affli-


afflictione est quaedam correspondentia, sic quando de Christo
 dicitur in Esaia פרו ופרח ולש נענה ורוא נגש *Christus est*
oppressus accentus magnus constituit comma, נענה ורוא *nam ille*
ipse est afflictus, quid hic discriminis inter affligi & opprimi, respon-
 deant Latini Critici, Ego hæc nō intelligo, inter נגש autem & נענה
 hoc est discriminis, נענה formam habet in similitudine נגש in ur-
 gere, Cum ergo Propheta dicit, Oppressus est, hoc vult, *Dolor super*
dolorem Christo est immissus. Ratio datur, quia נענה afflictus est, i. e.
quia similitudo quaedam mali ei est inflicta, nam sicuti omnia peccata
 tulit, ita etiam omnis generis mala cum oppresserunt ineffabili mo-
 do. Hinc de hac similitudine agens Spiritus sanctus *ita est נענה*
ut non aperuerit os suum, sicuti pecus, quod ad mactationem
ducitur, ita est נענה sicuti ovis, & que ad mactationem du-
cutur, & que coram tonsore suo obmutescit, ita ille non ape-
rui os suum. Noli ergo ridere cum tibi primum videntur obscu-
 ra, nam omnino hic à conceptibus latinæ linguæ mens est attollen-
 das ad sanctam, Dies *simile mali* est in omni afflictione. R. cum SS.
 hac voce נענה utitur ex contextu ea similitudine correspondentia
 notatur præcipuè, reliquæ voces oppressionē inducentes alias for-
 mas habent, quæ benè sunt distinguendæ. Sic locus alius Esajanus
 mentem meam dilucidiorē faciet. Cum enim DEUS describit &
 arguit quosdam, quod CONFEDERATIONEM in Esaia DEO EX-
 OSISSIMAM & præsidium in Ægypto quærebant, & interea DO-
 mini auxilium non respiciebant, inducit simile de Leone, summa
 autem & vis argumenti hæc est: Leo cum prædam habet, despiciet
 totam multitudinem pastorū clamore terrere directorem studen-
 tiam למה סנינו, *à voce ipsorum non consternabitur*, & למה סנינו
 & à tumultuoso concursu non affligetur, Er wird
 barnach nicht fragen/er weiß/dass/was sie drawen/jhn nicht treffen
 fan/novit, quod mali proclamati simile suo corpori nunquam im-
 primendum sit, sic Canis Major Rusticus למה סנינו quando catelli
 delicatuli latrant. Ergo נענה *consideratur in relatione* quam pluribus
 hic describere, supervacaneum esse dno.


24. Unde simpliciter dico, omnia, quæ ab נענה descendunt, ha-
 bere debent formam נענה vel mediatè vel immediatè, adeo ut & A-
 rabis נענה significet *significat*, sicuti videmus in proverbiiis Arabicis,


ubi inter parabolam & explicationem ejus datur וַיִּבְרַח / nam tertia,
est ex Hebraeorū וַיִּבְרַח Et apud Rabbinos videntur quasi collectum esse
omnia in voce וַיִּבְרַח quæ significat, *Significationem, Molestiam, imo*
verba Schindleri sunt, *Transfertur ad omne negotium, & occupatio-*
nem imo & rem quamcunq; significandam, ut taceam formam eam
expressè etiam in Codice Hebraico dari. Sed quicquid sit, ego omni-
um, nam multæ adhuc hic latent significationes materiales, ratio-
nem dabo in discursu publico.

25. Jam pergo ad וַיִּבְרַח Cujus formale esse dico *dijecit, Materiales,*
sortem jecit jaculatus est, irrigavit, docuit. Cum autem ego allego ra-
dices, parum curo, in qua sint conjugatione, simpliciter enim dico,
in talibus tribus literis talis est forma, quæ pro ratione Conjugatio-
nis & contextus certam induit materiã. *Irrigavit* cum formã qua-
drat, nam dejicitur pluvia ex cœlo, dicas, *irrigare* fieri etiam sine
pluvia. R. Ergo tunc in Scriptura non adhibetur וַיִּבְרַח / sed aliud
quid. Hoc irrigare autem fit mediante pluvia, unde & וַיִּבְרַח &
וַיִּבְרַח pluviam notant. *Docuit* convenit cum formã, nam dejicitur
doctrina in aliquem, nisi magis placeat mediata convenientia ab
Irrigando, nam hic haberet eã ratione etiam locum, divisio generis
& distinctio ejusdem, adeo ut וַיִּבְרַח in genere sub alterno sit forma
דָּבָר docere, nam qui docetur, ille quasi irrigatur, ut crescat & produ-
cat fructus. Placet sub hac radice duplici significatione assumere
locum ex Hoseã, qui videtur esse intricatus & dubius.


26. Est autem locus Hof. 10. v. 13. וַיִּבְרַח צָדִיק לְכֹסֶם quid jam dicã
Lector, & *dimittat justitiam vobis*, vel & *doceat vos justitiam*, vel *plu-*
ere faciat vobis justitiam, sicut Luth. Unde regene vber mich Berech-
tigkeir. Hæc videntur probari, nam oppositio est nimis crassa Meta-
phora enina desumpta est à feminando &c. Verum si Hæreticus
contradiceret, maneo in formã, & dico, *usq; dum veniat jhovah, & di-*
mittat justitiam nobis, hoc percepto, quæro quã ratione demittim:
per pluvia, vel per doctrinam, quid respondendum sit, quivis videt,
ubi tamen non possum, quin hic notem, quam eleganter in S.S. al-
ludat Spiritus S. ad formam, ubi etiam sæpè ipsa oppositio cessare
debet, unde cum hic dicit וַיִּבְרַח Er wird euch regnen lassen i. e. in-
copia dabit, i. e. de cœlo dabit, i. e. mirabiliter dabit Hæc autem
nihil præjudicant modo communi, qui est in docendo, Er wird
euch Berechtigkeir lehren. וַיִּבְרַח & aliæ significationes
optime quadrant sed de his publice.











inter parabolam & explicationem ejus datur וַיִּבְרַח nam tertia,
ex Hebraeorū וַיִּבְרַח Et apud Rabbinos videntur quasi collectim esse
nia in voce וַיִּבְרַח quæ significat, *Significationem, Molestiam, imo*
ba Schindleri sunt, *Transfertur ad omne negotium, & occupatio-*
imō & rem quamcunq; significandam, ut taceam formam eam
resse etiam in Codice Hebraico dari. Sed quicquid sit, ego omni-
nam multæ adhuc hic latent significationes materiales, ratio-
nabo in discursu publico.

Jam pergo ad וַיִּבְרַח Cujus formale esse dico *dijecit, Materiales,*
rem fecit, jaculat וַיִּבְרַח *docuit.* Cum autem ego allego ra-
es, parum curo, in וַיִּבְרַח tione, simpliciter enim dico,
alibus tribus licet וַיִּבְרַח oratione Conjugatio-
& contextus ce וַיִּבְרַח um formâ qua-
t, nam de jic וַיִּבְרַח am sine
via. R. Ergo וַיִּבְרַח ud
id. Hoc וַיִּבְרַח &
 וַיִּבְרַח pluvia וַיִּבְרַח acitur
drina in וַיִּבְרַח antia ab
igando וַיִּבְרַח o generis
distin וַיִּבְרַch sit forma
doc וַיִּבְרַch t & produ-
fr: וַיִּבְרַch one assumere

quid jam dicā
ustitiam, vel plu-
ber mich Berech-
nimis crassa Meta-
Verum si Hæreticus
am veniat Jhovah, & di-
quâ ratione demittim:
rpluviâ, vel per doctrinam, quid respondendum sit, quis videt,
i tamen non possum, quin hic notem, quem eleganter in S.S. al-
lat Spiritus S. ad formam, ubi etiam sæpè ipsa oppositio cessare
bet, unde cum hic dicit וַיִּבְרַח Er wird euch regnen lassen i. e. in-
piâ dabit, i. e. de cœlo dabit, i. e. mirabiliter dabit Hæc autem
ihil præjudicant modo communi, qui est in docendo, Er wird
euch Berechrigkeit lehren. וַיִּבְרַch & aliæ significationes
optime quadrant sed de his publice.

